

eorum commiſſio dirigitur, remiſſius ſe gerent. Quod notatum ſcio; & ſi ita eſt, ſatis ex eo liquet, quo ſpiritu illi in tali inquiſitione ducantur. Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

In Indiis an queat iudex lynceticus extraiudiciali notitia iurari ad pœnam proportionatâ imponendam

188 Secundum notatum dignum occurrit, in Indiis id frequenter accidere, vt Viſitatores, & iudices Reſidentia extraiudicialiter plura ſciant, quæ tamen teſtes negant ſe ſcire, cum ſatis ſciant apertè; quod & ipliſt eſt iudicibus manifeſtum. Hac ergo de cauſa multoties Capitulantes in probatione deſciant, vt non poſſit illa talis eſſe; quæ ad pœnam ordinariam ſufficiat, vel ad grauamen proportionatum delictis imponendum. Quid ergo faciat? Exiſtimo non peccaturum, ſi grauamen proportionatum iniungat: nam licet probatio non ita plena ſit, adeſt extraiudicialis notitia adminiculum: quod licet ſe ſolo non ſufficiat iuxta communem ſententiam, de qua P. Leſſius Lib. 2. Cap. 29. num. 84. quando tamen adeſt, aliquem poteſt effectum bonum habere. Quod probo: nam iudex in eo cauſa probationis deſectum ſupplere poteſt per talem notitiam, & teſtis vicem habere; quandoquidem teſtes ipſos audiuit aliter, quam iurauerint, ſentientes; aut aliàs ſcit eos ita ſentire: eſtque valdè incommodum bono publico, vt delicta ob talem teſtium corrupelam remaneant impunita, præfertim iudicium, de quibus tanta eſt Regum fiducia, vt eos ſuo nomine velint iuſtitiam inter ſubditos exhibere. Quia decretali pœna plectendi ſunt, qui ſe prohibitis exceſſibus miſcuerunt. Quid enim in alijs damnent, ſi ipſiſe inhonestâ contagione committunt? Caſſiodorus Lib. 9. variat. 18. Quod roborari poteſt ex probabili doctrinâ, praxi ipſâ bonorum iudicium comprobata, de qua P. Leſſius ſupra num. 104. P. Gaſpar Hurtadus Diſput. 1. de Iudicio forenſi, diſſult. 9. Quod ſcilicet, quando delictum eſt iudici ipſi notum, & publicè notorium, & expedit illud ſtatim puniri, non ſit neceſſaria vltior probatio; ſic enim aliquando latrones in flagranti furto publico reperti puniuntur, etiâſi iudice inferiore abſque alia ſolemnitate. Pro quo & videndus P. Fragoſus Tomo 1. Pag. 529. n. 116. vbi cum multis probat quod facti euidentia tantam habeat vim in omnibus criminibus, vt ſuppleat viçes accuſatoris, teſtis, & totius proceſſus iudicis, quando ipſi iudici delinquens eſt notorius cum hac facti euidentia. Ex Caietano præfertim 2. 2. queſt. 67. artic. 3. & P. Leſſio ſupra. Ergo notitia ſpecialis iudicis in ordine ad condemnationem aliquid conferre poteſt, & ita ſimiliter in cauſa noſtra, vbi probatio aliqua eſt, licet non prorsus plena, quod non negabunt Auctores propter adductam rationem, licet non ita id expreſſe; quia cauſa non eſt obuius, fateantur. Quia verò merita cauſæ in ſupremo ſunt Indiarum Conſilio diſcutienda; ne illi imputetur exceſſus, poterit, & debuit plenam de omnibus informationem remittere, propter quam Domini, non aliter vt credo, iudicabunt.

Quam id expediat ne iudici criminu maneat impunita. Caſtodorius.

Ex facti euidentia ſola poſſe iurari ad pœnam inſtigendam procedere.

Deficienti in probatione

Deinde, non peccabit Viſtator aut Reſidentia iudex, ſi accuſatorem in probatione deficientem non condemnet, eò ſcilicet quod non plene probauerit; quia teſtes vocati dicere verum noluerunt in iudicio; qui tamen extra iudicium rem fatentur, de quo ſufficienter Viſtatori conſtat: id ex eo probo; quia ad condemnandum in cauſa nuper dicto eſt ſufficientis facultas ex præſumptâ Principis voluntate, vt videri apud citatum P. Hurtadum poteſt; multò autem verius eſt ad abſoluendum dari illam in cauſa adeò videnti, vbi ſine aliqua ſua culpa accuſator in probatione deſectum ſuſtinet ob malitiam aliorum; cum certum ſit, voluntatem Principum promptiorem eſſe ad ſoluendum, quam ad condemnandum. Dei adiaſtar, qui ad beneficiendum ſponte procedit, cum tamen ad plectendum quodammodo tendat inuitus; vt probaret vtrique nobis Deus, quod ipſe eos noluerit perdere, ſed ipſi extorſerim, vt perirent. vt Saluianus loquitur, Lib. 1. de Gubernatione Dei. Et quidem ſi Rex ipſe adeſſet, incredibile eſt eum velle damnare, quem in cauſa progreſſu videret inculpabiliter impedidum.

ne non debere puniri accuſatores quando id ſine eius culpa acciderit.

Deus ad pœnam procedit inuitus.

Circum mortuorum in cauſis ſeuertus immorantur. Quod in Indiis debet fieri cautum Regio reſcripto, quod habet Dom. Solorzano Cap. 7. citato num. 63. Quia enim mortui defendere ſe nequeunt, iudicium vehementer vrgere, inhumanum videbitur, niſi pars ſit, quæ de proprio agat intereſſe, quo etiam in cauſa, de rigore iuris aliquid remittendum: ſed præcipuè cum de pœna agitur Fiſco applicanda, ita enim de Regiâ eſt pietate præſumendum, quæ colligitur ex prædicti reſcripti verbis. Paraque eſto ceſſe, y los de litos ſe an caſtigados. Neque enim vult rigorem pœnarum, ſed punitionem, quæ etiamſi moderata ſit erga mortuum, qui defendere ſe non poteſt, ſatis videtur exacta. Ratione ætatis, valetudinis, ſexus, paupertatis, pœnarum moderationem leges admittunt: ergo & ratione mortis, malorum maximi, quando jam reus ad tribunal ſtetit Chriſti, rationem pro commiſſis omnibus redditurus.

190 Tertium. Viſitatores grauiter peccare poſſe, dum mortuorum in cauſis ſeuertus immorantur. Quod in Indiis debet fieri cautum Regio reſcripto, quod habet Dom. Solorzano Cap. 7. citato num. 63. Quia enim mortui defendere ſe nequeunt, iudicium vehementer vrgere, inhumanum videbitur, niſi pars ſit, quæ de proprio agat intereſſe, quo etiam in cauſa, de rigore iuris aliquid remittendum: ſed præcipuè cum de pœna agitur Fiſco applicanda, ita enim de Regiâ eſt pietate præſumendum, quæ colligitur ex prædicti reſcripti verbis. Paraque eſto ceſſe, y los de litos ſe an caſtigados. Neque enim vult rigorem pœnarum, ſed punitionem, quæ etiamſi moderata ſit erga mortuum, qui defendere ſe non poteſt, ſatis videtur exacta. Ratione ætatis, valetudinis, ſexus, paupertatis, pœnarum moderationem leges admittunt: ergo & ratione mortis, malorum maximi, quando jam reus ad tribunal ſtetit Chriſti, rationem pro commiſſis omnibus redditurus.

191 De quibus autem iudicium ſupremorum delictis debet ſyndicatio procedere, ac multis alijs ad eam ſpectantibus, præter Auctores à Dom. Solorzano citatis agit P. Fragoſus Tomo 1. Diſput. 23. per rotam: videndus quidem; quia vir eſt doctus ac ſani iudicii.

De P. Fragoſo viro docto iudicium, & eiuſdem pro iurata ſolentia ſententia.

CAPVT XXI.

De Miniſtris alijs Indicarum Audientiarum, & quomodo negotium conſcientiæ debeant pertractare.

Sunt in illis Alguacelli maiores, Relatores, Cancellarii, Tabelliones, Janitores, vt omittam alios: de præſatis autem hic quod opportunum viſum fuerit, inferendum.

s. I.

s. I.

De Maioribus Alguacellis.

Circa carcerum curam. Et carceratorum alimenta, obligatio ſub mortali.

192 Alguacellus tenetur ſub mortali culpæ reatu. Primo carceris curialis curam agere, quam ei ſui officii edicta præſcribunt; quia res eſt momenti magni, & emolumenta ex hoc illi ſatis conſiderabiliſſa proueniunt: & licet non teneatur incarcerationis ſuis ſumptibus alere, teneatur tamen curam circa id ſedulam habere, vt pauperibus alimenta non deſint Gubernatorum prouidentiam requirendo.

Item circa exactionem iurium à pauperibus.

Secundo. A pauperibus nequit iura ſibi debita cum rigore exigere, quia cum neceſſaria ad ſuſtentationem non habeant, iniquum eſt ſua illos tenuitate priuare. In quo non ſolum peccant contra charitatem, ſed etiam contra iuſtitia, quia priuant eos pecuniis, quas non debent, cum ſibi prius debeant prouidere.

Et detentionem in carcere propter illa.

193 Tertio. Graue peccatum eſt incarcerationis in custodia detinere; quia iura non ſoluunt, ſi pauperes ſint: quia nemo debet quod ſoluere nequit; vel ſi debeat, dum non habet, nequit pro eo in corpore luere, niſi ad id cogatur per ſententiam iudicis: Alguacellus autem iudex non eſt, & carceris clauſura inter mala ingentia computatur.

Etiamsi per carcerem cuſtodem faciat.

194 Quarto. Non excuſatur à prædictis Alguacellus ex eo, quod non per ſe ipſum hæc agat, ſed per alium, quem carceris cuſtodia præſicit, ſub pacto, vt ſingulis mètibus certam illi pecuniâ ſummâ largiatur, commiſſa eidem iurium omnium collectione. Næ certa iuris regula eſt. Qui facit per alium, eſt perinde ac ſi faciat per ſe ipſum. Quod iuſſu aliterius, de Regulis iuris, & in ſexto 92. Quod ſi dicat ſe neſcire, quia non teneatur eſſe præſens, id locum non habet, cum carcerem frequenter debeat viſitare, & ſic querelas miſerorum audire.

Cui nequit officium niſi ſub portione moderata tribui.

195 Quinto. Peccat officium cuſtodia tribuendo cum obligatione exorbitantis ſummæ ſoluenda, quando ea non poteſt niſi per iniquas violentias extorqueri, vnde in vno peccato plura & ſatis graua continentur, ſed quæ (heu) laxo guttere deuantur.

Ad vitium neceſſaria vt queant vendere.

Sexto. Nequit aut ſuo nomine, aut per alium, in carcere res ad ſuſtentationem pertinentes vendere exceſſiuo pretio, ſed currenti; quia licet ob laborem eò comportandi illas, aliquid videatur poſſe amplius exigi; cum tamen laborem alii libenter ſubibunt, ſi illis permittatur eſculenta, & poculenta incarcerationis vendere, eodem pretio vendituris. Quod ſi hoc non ſemper contingat, & labor ſit æſtimandus, non plus certè, quàm labor ipſe æſtimabilis ſit, nec vt rebus ſingulis pretium augeatur; ſic enim laboris pretium intolerandum habeat exceſſum. Quod vrgetur ex eo, quod lege cautum eſt ne Alguacelli ab incarcerationis quidquam recipiant, ſcilicet L. 9. Titul. 23. Lib. 4. Recopil. noua, & ſpecialiter vt incarcerationis non cogant ad emendum à ſe viſtum neceſſaria. De quo P. Fragoſus Tom. 1. pag. 757. num. 407.

Peccare quibus ſi

196 Septimo. Peccat item grauiter, ſi incarcerationum, de cuius ſecura cuſtodia curare debet ob

cauſa grauitatem, exire permittat, rediturum credens ante lucem, ſiue gratuito reſpectu ſiue ob datum aliquod, & ſi fugiat, tenetur ad damna inde ſecuta, ſi pecuniâ æſtimabilia ſint. Reſolutio eſt certa ex iis, quæ Doctores tradunt in materia reſtitutionis, & de obligatione depoſitarii. Alguacellus enim publicus depoſitarius eſt, & hic lata culpa interuenit, cum maiorem luſſicere communiter Auctores ſentiant. Vnde in hoc cauſa, ac quocumque alio, cum ex eorum conuenientia debitor fugit, ad reſtitutionem obligatur. Vide P. Fragoſum ſupra pag. 748. num. 865.

Oſtauo. Non videtur eſſe peccatum graue aliquem pro breui ſpatio è carcere exire permitti, ſi certum moraliter ſit rediturum; quia nec iudices multum de eo curant. Quod ſi quidquam accipiatur ab Alguacello, ad reſtitutionem non teneatur, quia pro illis non extat rigor legum, qui pro iudicibus, cum ipſi iudices non ſint. Vnde L. 11. Titul. 13. Lib. 4. Recopil. ſic dicitur: Alguaciles no reciban da dina, ni preſentes, directè ni indirectè, per ſi ni por otro, de qualquier perſona, que con ellos vbiere de librar, en las vrbias rotantes à ſus officios, ſaluo ceſas de comer, y beber en pequeña cantidad ad ofiçidas de grado, ſin las pedir en manera alguna y eſto deſpues, que fueren librados, y deſpachados. Sic lex: In qua cum ſimplex tantum prohibitio habeatur, neque dicatur vt non poſſint recipere, non videtur receptio inuolidari, quidquid de peccato ſit. Et ita tenent plures Doctores, quos adducit, & ſequitur P. Sancius Tom. 1. Conciliorum lib. 3. Dub. 3. num. 28. & 29. qui num. 25. peccare illos mortaliter ait; dum id de iudicibus, ſcribis, & alijs iuſtitia miniſtris generaliter ſtatuit; quod à fortiori tenent quamplures Doctores ab eodem adducti num. 27. qui eos ad reſtitutionem obligatos arbitrantur. Pro quo & eſt lex citata nuper ſ. ſexto. Verum in cauſa, de quo loquimur, non videtur eſſe graue peccatum: ſi quidquam accipiant, quia illud non eſt propriè munus, ſed ſolutio pro eo, ad quod miniſter talis non eſt obligatus, & ratione cuius ſe periculo incurrendi pœnam exponit. Quando autem miniſter, vel etiam iudex aliquid præſtat, ad quod obligatus non eſt, licitè poteſt aliquid vltra ſtipendium accipere, juxta ea, quæ cum alijs docet idem Pater num. 22. & nos alibi diximus. Pro quo eſt & P. Leſſius Lib. 2. cap. 14. num. 64. & P. Fragoſus Tom. 1. pag. 420. num. 54. & juxta hæc iuramentum exponendum eſt, quod non extendit obligationem ſed maiorem reddit, juxta dicta numer. 146. & 174.

Aliquando graue non eſt peccatum, & quod pro eo poſſit aliquid accipi.

Lex de illis loquens.

Pro non debitis ex officio aliquid accipi poſſe, & id non eſſe contra iuramentum.

Quando ſtipendium vnicu factu, quando plura ob multiplicitatem laboris, aut actiua diuerſa.

197 Nono. Quando datur mandatum incarcerationandi plures perſonas ob idem delictum, vnicu tantum ſtipendium poteſt Alguacellus accipere: ſic ſtatuitur Titul. 10. Rubrica, En cauſas criminales, Lib. 3. Recopil. & aduertit P. Sancius ſupra Dub. 21. cuius ratio; quod ſcilicet vnum delictum eſt, videretur contrarium inſinuare, quando delicta ſunt diuerſa, licet in vno ſcripto, & quaſi per modum vnius contineantur. Vbi quidem diſtinctis eſt ratio diſtinctionis: nam cum ſtipendium pro labore reddatur, & labor ſit idem ſiue delictum ſit vnum, ſiue diuerſa, idem videtur ſtipendium ſtatui debuiſſe. Immo contingere poteſt, vt maiore labore opus ſit, ad comprehendendos

N 4

quid circa executiones in civilibus.

quodam limitatione.

Lex pro illu.

198 Decimo. Peccat grauer Alguacellus, qui decimam executionis præcipit ante factam solutionem debiti creditori, & expensarum eiusdem executionis. Id constat: quia sic lege cautum: pro quo P. Sancius *supra* *dnb.* 22. *num.* 1. si tamen in eo ita procedatur, vt nullum ex anticipata perceptione damnum creditori proueniat, non videtur in eo graue peccatum esse; & quidem cum decima, & iura alia, si diuersa sunt à decima, non percipienda dicantur, nisi post solutionem & expensas; atque inter expensas ipsas iura Alguacelli computanda veniant, non videtur à legis mente penitus alienum, vt ante solutionem creditori factam percipiantur: si liquidè cognosci possit quantum decima sit. De stipendio autem pro labore minor est difficultas, cum debeatur, non attentà liquidà debiti quantitate. Quia vero solutio variis modis differri potest etiam facta executione; vel executio ipsa cessare, vt cum pars requisita statim vult soluere, vel ostendit Chirographum solutionis factæ: etiam post exhibitum mandatum pro executione, iuxta legum dispositiones, quæ satis notæ; illis est standum, & pro eisdem videndus, P. Sancius *dnb.* 22. *tit.* 2. *cap.* 17. & pro non nullis aliis P. Fragosus *Tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 13. *per totam.* Illud tamen hic addendum.

199 Vndecimo. Alguacellum iter facientem ad faciendas plures executiones in diuersa loca, non posse à quolibet debitore iura integrè accipere, quasi plura fecisset itinera; sed pro vno tantum, pro rata executionum ab omnibus soluendâ. Sic legibus cautum: propter quod id tenent Azebedus, Auiles, & Emmanuel Rodericus, quos adducit, & sequitur P. Sancius *supra* *dnb.*

23. & P. Fragosus cum aliis *To.* 1. *pag.* 743. *n.* 342. & Auiles ait, quod acceptum contra legum dispositionem debet restitui: idque est planum; quia illud non est munus, de quo fauorabilis est opinio, de qua dictum. *num.* 196. sed est iniqua extorsio salarij non assignati à lege. Pro quo videatur etiam P. Fragosus *Tom.* 1. *pag.* 707. *num.* 200. Addit tamen P. Emmanuel 2. *Tomo summa* *Cap.* 48. *num.* 2. recipere posse quod amplius suo labore meretur. Quod intelligendum est quando labor est extraordinarius, sed non ex industria assumptus ad maius salarium exigendum, de quo ipse P. Sancius, *Dubio eodem num.* 2. Quod si iter vno fecerit die ob suam diligentiam, quod duobus solet fieri, duplicatum stipendium potest, & debet accipere, vt ex Auiles, referente alios, ibidem ponit ipse Pater, & P. Fragosus *pag.* 420. *num.* 57. vbi & alios adducit. Ex prædictæ autem legis dispositione videtur antimoniam conſurgere inter illas, de quibus dictum. *num.* 197. assignatur enim per illas integrum ius executionis, si mandatum vno ad plures executio dirigatur: vnde videbatur consequenter idem de itineris labore dicendum; cum tamen oppositum statuitur. Sed certè antimoniam non est: nam aliud est ius executionis, aliud extraordinarium circa executionem labor. In priori stabile aliquid statutum, quia sic visum conueniens in penam eorum, qui debitis fraudant creditores, contra fidem datam quarentigii instrumentis: in posteriori autem tantum est habita ratio laboris, quia præter stipendium respondens eidem sua Alguacello integra iura referuntur. Et hæc quidem de Alguacellis curialibus Indiarum dicta sunt; quia licet communia aliis sint, non tamen omnia dicta aliis omnibus solent conuenire. Oportuit ea persequi, quia in Indicis maior quædam licentia est & peculiaris solet regnare cupido, vnde oportuit eorum conscientias præfatis canonicis excitare. De armis autem prohibitis noctu vagantibus tollendis dicemus *inferius.* Vbi de Alcaldis Ordinariis.

S. II.

De Relatoribus, & Cancellario.

200 PRIMò circa Relatores statuendum occurrit, eos non posse munera accipere, sed eodem modo hoc illis esse illicitum, quo & Auditoribus; sic enim decisum est. *L.* 5. *Tit.* 5. *lib.* 2. *re.* nouæ Recopilat: vnde circa hoc videnda quæ diximus. *Tit.* *precedenti.* *Cap.* 4.

Secundò. In eadem lege cauetur ne Iudices superiores & Togati munera à Relatoribus accipiant; vbi tamen diuersus est loquendi modus: respectu enim aliorum dicitur vt non possint, quod tamen non dicitur de Relatoribus, sed simpliciter tantum prohibitione præcipitur verbis illis: *Que los suso dichos Inezes no recibam presentes, ni cosas de comer de las Abogados, ni Procuradores, ni Relatores de las Audiencias.* Minorem ergo imponere obligationem voluit; & videtur sane sub mortali, secundum communem intelligentiam, de quo citato illo *Cap.* 4. & *S.* *precedenti octauo.* Pro quo est satis vrgens ratio: Nam contra Relatores graues esse querimonias possunt, & si mune-

Relatores in ministerio prohibentur accipere.

Sicut & Auditoribus ea ab eisdem accipere, in quo & illi grauer peccant.

rum interueniat acceptio, nihil contra illos, quod in officio reddat peruigiles, egredietur. Cum ergo accipientes grauer peccent, etiam & largientes eodem modo peccabunt, grauer inquam: licet illi directè contra iuramentum, non tamen isti, sed indirectè: quia iuramentum de accipiendo est, sicut & lex, quæ directè non prohibet donationem: possunt tamen tituli amicitie & alij concurrere, qui largitionem iustificare possunt iuxta dicta *citato Capite.*

Sicut in negligentia erga officium.

Aut non plena relatione. Vnde obligatio restitutionis.

Pro omisso processu folijs stipendium habere non possit.

In die festo que illis liceant, etiam ministro adhibito.

Cancellarij Regia Audiencia obligatiōnes.

201 Tertiò. Relatores peccare grauer possunt dum erga faciendam relationem negligenter se habent, & eorum causa negotiorum expeditio notabiliter retardatur. Constat enim ex eo damna non leuia litigantibus accrescere, vnde & obligatio restitutionis oritur iuxta dicta sæpius.

Quartò. Peccant item lethaliter, dum siue per negligentiam siue scienter aliquid in relatione addunt aut omittunt, ex quo sequitur causam aliter, quam si relatio fuisset fidelis, iudicari; quod etiam restitutionis obligationem inducit potiori ratione, quam dudum exposita negligentia. Hoc autem aliquando accidere notissimum est, vnde & clamare litigantes solent causam à Relatoribus non esse fideliter enarratam.

202 Quintò. Quia pro singulis processibus folijs stipendij est pars per leges assignata, eam accipere Relatores nequeunt iuxta numerum foliorum, si aliqua ex illis non perlegerunt, vel quia prorsus inutiles aut parum vtilis iudicantur. Id constat, quia stipendium est laboris pretium, & vbi labor nullus, nihil debet stipendij respondere.

Sextò. (vt hæc etiam dicamus) Relatores in die festo possunt processum in compendium redigere, etiam vtendo ministro, quem ad id habent pretio conductum vt scribat. Sic P. Sancius *Tom.* 2. *Consistorum.* *Cap.* 2. *dub.* 8. *num.* 6. cuius ratio est, quia hoc est pars studij, & ordinatur ad loquelam, & ad referendum coram Auditoribus, & ipsos instruendum, & minister adiuuat ad illud. In studio autem & instructione nihil seruile est, & ita neque in festo prohibetur. Non est præterea actus iudicialis, sed quædam præparatio ad illum, quæ & ipsis Iudicibus licet in die festo, & vtiam omnes iis studerent diebus, vt sic iudicia iustitiæ omnino conformia diebus congruis preferrentur.

203 Cancellarij officium magni apud alios pretij, in Indiis non multæ æstimationis est, licet magni Indiarum Cancellarij titulus in Hispaniâ Primario fuerit Magnati non pridem attributus. Ad eum spectat prouisiones, quæ Regis loquuntur nomine, Regio signo insignire, cuius illi sit copia; cum tamen loco Senatûs decentissimo, & cultus illi specialis habeatur. Poterit ergo peccare ille si circa custodiam signi non eam curam adhibeat, quæ illi per leges præscribitur. Item si adesse renuat, cum Prouisionum expeditio vrget: si præter Octi-regalem pro qualibet signi impressione destinatum, plus accipiat, quod erit obnoxium restitutioni iuxta dicta *num.* 199. Si Prouisioni, cui aliquid ad solemnitatem defecit, signum adhibeat, & consequenter si scire non curet quid ad substantialem solemnitatem Prouisionum necessarium sit. Si aliquem substituat, etiam filium, sine Proregis aut Præsidis licentiâ,

& alia fortasè erunt, in quibus peccare continget. An autem liceat in die festo talis signi impressio; si causa pia sit, aut vrgens necessitas, vel grauis causa necessitati æquiualens licet quidem; iuxta *Caput Conquestus de Feriis.* & ita tenent omnes. Item si pro bono Indorum sint, quia sunt miserabiles personæ, pro quibus actus iudiciales liciti habentur: vt cum aliis docet P. Sancius *supra* *dub.* 27. *n.* 15. & hoc etiam in toto rigore dicamus esse actum iudicialem. At non esse actum iudicialem ex eo ostenditur, quia neque est citatio partis, neque formatio processus, neque cognitio causæ, neque sententia, quæ solùm nomine stripitûs iudicialis à iure canonico prohiberi communiter affirmant Doctores, ex quorum mente id trahit, citatis aliquibus, P. Palaus *Tom.* 2. *pag.* 96. *num.* 6. si tamen Prouisio penam mortis, aut grauem penam contineret, non videtur licere: quia id specialiter in iure prohibetur: & signi impressio est robor sententiæ dare, & illam complere. Ex quo fundamento argui potest, vt non liceat absolute: quia scilicet pars sententiæ est: sed cum strepitum non præferat, & aliunde grauumen directe non contineat, non videtur cum lethalis culpæ onere prohiberi.

In fauorem Indorum licent actus iudiciales.

Quot sint illi.

S. III.

De Tabellionibus, seu scribis, qui dicuntur de Camera, & aliis Indiarum Prætoriorum.

204 PRIMò circa illos statuendum est id quod de Relatoribus est dictum. *num.* 200. ad scribas dictos pariter pertinere, quia in eadem lege pariter eisdem acceptio munerum prohibetur: & quod sponse oblatum non teneantur restituere, tenet P. Gaspar Hurtadus *infra.* & P. Fragosus *Tom.* 1. *pag.* 726. *num.* 285. & *pag.* 728. *num.* 291.

Circa munerum qua Scribarum obligatio.

Secundò. Quia pretia rerum his annis nimis excreuerunt, communis doctrina suffragatur prædictis, vt non teneantur in conscientia iurium suorum taxam obseruare. Pro quo videri potest P. Molina *disput.* 83. P. Gaspar Hurtadus *Disp.* 5. *de iudicio forensi diffinit.* 6. & P. Fragosus *Tom.* 1. *pag.* 707. *num.* 201. qui addit id non esse faciendum propria auctoritate, sed de consilio timorati, prudentis, ac religiosi Confessarij. Quod est quidem optimum consilium; consilium tamen, & non præceptum: quia cum noticia rei ab ipso habeatur Notario; iuxta illam potest pretium æstimare. Addit autem P. Molina notandum aliud, scilicet iustum pretium æstimandum non esse ex indigentia ministri publici ad alendam familiam, vel ad subueniendum suæ paupertati, sed ex opere, & obsequio, quod præstat, vt prudentis arbitrio tantum recipiat, quantum ratio dicit; vt attentâ conditione, seu qualitate, & quantitate operis, muneretur. Quod est quidem sapienter animaduersum; verum ad scrupulos submouendos, cum taxa iurium manifesta sit, ea debet iusta iudicari: cumque alias rerum mutatio notabilis facta sit, id erit satis, vt pretium augeatur, siue familiam Notarij habeat siue non, indigeat aut abundet, & certè

Circa taxam iurium, facta circa pretium magna mutatio.